

cataphractis , ducentis levioribus equitibus , duobus peditum millibus , quingentis Corsicis , quos Lautrechius miserat , æneisque tormentis duodecim improviso Finalis , Sanctique Felicis oppida adortum in suam potestatem redigisse . His nuntiis percussi hostes summa trepidatione , oppugnationis relinquendæ confilia capiunt , veriti , ne a Lautrechio , quem appropinquare ferebatur , ad pugnam cogerentur , simul ne Ferrariæ Dux augendi imperii majores spiritus , atque opportunitates sumeret . Itaque duodecimo , postquam advenerant , die castra movent : Lautrechius , validiori præsidio urbe firmata , arcem Alam ditionis Parmensis oppidum ad Padum ditione recipit , atque inter Divi Secundi oppidum , Tarumque castra locat .

152 1
Finalis &
Sancti Fæ-
licis oppida
a Ferrariæ-
scapta .

Infausto eventu Parma oppugnata , haud leves inter fœderatos suspiciones exortæ sunt . Leo repentinum Columnæ discessum carpere ; Cæsareanorum cunctandi artes timere , ne urbis potiundæ , qua flagrabat , cupiditate ad extorquendam ab eo immanem , qua maxime in belli sumptus egebant , pecunia vim uterentur , hæsitare . Cæsar vero Leonis ambigua confilia , atque inconstantiam suspecta habere ; ne iis , quæ ex fœdere ad illum spectarent potitus , quo æstu commotus repente a Gallis ad se transierat , eodem reciprocante raptus ad Gallos deferretur , vereri . Itaque denuo Venetos ad belli societatem , legato ordinario Alfonso Santio Venetas misso , folicitabat : ex ea magna ad Rempublicam emolumenta per ventura ; non minus sibi , quam Venetis Italiae pacem cordi esse : ne putarent Insubrum accessione propagandi in Italia Imperii materiam querere , cum ultro sancte polliceatur , Mediolanenses ditiones Francisco Sfortiæ Barensi Duci concessurum . Verum , neque ullo officiorum genere , neque pollicitis , ut a fœdere Gallico desisceret , Senatus moveri , aut flecti potuit .

Cesar por
Santium
Legatum
Venetos ad
societatem
allicit .

Venetorum
constantia
in Galloriæ
amicitia .

Interim Helvetii superatis Alpibus Cremonam veniunt , quorum adventu permoti hostes a Divi Lazari ad Lenzium fluvium ea parte , qua Regium respicit , profecti , haud paucos dies ibi commorati sunt ; cum interea nil memoratu dignum accideret , foederatarumque copiarum vires , atque existimatio imminuta opinione hominum excidisset . Cæsareani cœptis minime desistendum rati , sex millium Italorum peditum delegatum habere , duodecim Helvetiorum millia , Ennium Filonar-